

RESPONSA
SIVE CONSILIA DVO,
CLARISSIMORVM I. C. AD
NOBILEM ILLAM ET IN FORO
frequentem, Testamentorum
materiam.

LODOVICI ZVNTI PARMENSIS I. C.
Vulgò, pro vxore, inscriptum.

ET

Ludouici Lanæ Brixienſis I. C. & Equitis Aurati.

In quibus, omnia, tam in scriptis quàm nuncupatis testaments, solennia ac requisita, nec non quaestiones & contraria quàm absolutissimè ad Iuris aequitatisq; normam examinantur, probantur, deciduntur ac refutantur: In scholis & foro versantibus, scitu per necessaria.



COLONIAE AGRIPPINAE
Apud Theodorum Baumium sub signo Arboris.
ANNO M. D. LXXVI.

Coll. Societ. Mus. Salm. ex dono R. G. G. G. G.

ILLVSTRISS.
ATQVE EXCELLEN-
TISS. FERRARIENSIVM
DVCI ALFONSO ATESTI
NO SECVNDO.

Lodouicus Zuntus
S. P. D.

MEMORIAE, literisq; proditum
est, Amplissime, & Optime
PRINCEPS, Philippum Re-
gem Macedonum in audien-
dis, cognoscendisq; subditorū
causis defatigatum, ac propterea ex sub-
sellis abeuntem, ab anu paupercula inter-
pellatum fuisse, vt & causam suam expe-
diret. Quā hac flagitatione frequenter il-
li obstrepentem cum Rex neglexisset, atq;
otium tractandę causę sibi non superesse
diceret, inclamauit anus, Proinde nec rex
quidem esse velis. Qua voce libera perfe-
ctum est, vt admiratus simulq; reuocatus
Philippus resederit, & non illi solūm be-
nignas aures prebuerit, verūmetiam alios
patienter audierit. Quod autem libertate
loquendi anicula extorsit à Philippo, id

I

L O D O V I C I
Z V N T I P A R M E N . I V
R I S C O N S . R E S P O N S V M
P R O V X O R E .

S V M M A E R E S P O N S I .

- 1 *VERITAS disputando facilius inuenitur. & numero 2. 3.*
- 4 *Quasi ferro viam aperit, qui per contraria transit.*
- 5 *Valet arg. à sufficienti partium enumeratione. Quod declaratur num. 191.*
- 6 *Solennia, quae sint testamenti in scriptis de iure communi.*
- 7 *Quae vero sint testamenti in scriptis de iure speciali inter liberos. & Latius num. 50. 51. 52.*
- 8 *At quae sint testamenti nuncupatiui de iure communi.*
- 9 *Dispositio testatoris relata ad schedulam: pot. à si dixerit. Volo quòd schedula, quam dimisi penes Titium, sit meum testamentum. Licet valeat quo ad legata, non valet tamen quo ad institutionem heredis. secundum Iasonem.*
Cuius opinio reprobat. & num. 236.
- 10 *Quae vero pendet à voluntate, & arbitrio alterius, tanquam captatoria non valet.*
Quod declaratur num. 241. & seq.
- 11 *Valet quidem testamētum inter liberos imperfectum ratione solennitatis: sed non ratione voluntatis. & num. 45. 46. & que ad numerum 80. & num. 267. & nu. 690. 691.*
- 12 *Censetur autem imperfectum ratione voluntatis, cū testator volens, quòd notarius conficiat instrumentum de sua dispositione, infeda remoriatur: secundum Odradum, Ioa. And. Pau. Cas. Dec. Ias. & plerosq. alios.*

A Quorum

119

DE FORMV⁼ LIS TESTAMEN- TI NUNCVPATIVI ET CLAUSI,

LVDOVICO LANAPATRICIO
Brixienxe Iurifconsulto Auctore.

SVMMARIVM.

- 1 *TESTANTI publice varia incommoda & pericula oriuntur.*
- 2 *Testamenti nuncupativi diversa genera diversaq; forma describuntur, nec non & in scriptis.*
- 3 *Testes ad perpetuam memoriam examinantur mortuo testatore: ne morte testium nuncupativum corruat testamentum.*
- 4 *Testes ad perpetuam memoriam qua forma sint examinandi, & quomodo probent tenorem testamenti.*
- 5 *Testamentum nuncupativum coram notario rogatum, fidem facit etiam mortuis testibus.*
- 6 *Testamentum quale sit quod fieri dicitur per schedulam in ciuitate Veneta.*
- 7 *Testamentum coram principe & iudice in rotis etiam testibus non adhibitis sustinetur.*
- 8 *An hoc procedat in Comite vel Barone qui superiorem recognoscit.*
- 9 *Quomodo testetur pater inter liberos, & an per schedulam eius manu conscriptam sine testibus.*
- 10 *Testamentum mixtum quod dicatur.*
- 11 *Testari licet per relationem ad aliam scripturam, etiam priuatam.*
- 12 *Quomodo testari licet penes acta clauso testamento.*
- 13 *Valet testamentum clausum, si eorum subscriptiones testes*